tabile eſt alio manẽte: qr actus volũtatis diuĩe reſpcũ cu
iuſcũqꝫ exñtie extra ſe ꝯtingẽs ẽ. ḡ ordo nõ manebit alte
ro extremo tm̄ manente: ⁊ ſic ꝑ viam ſeparationis cõclu
aliud eſſe hoc ab illo ❡ Cõtra iſtas duas rõnes arguitur.
nã ponat̄ panẽ manere: ⁊ ſepatũ a q̃titate q̃ pri⁹ afficieba
tur quõ nõ manebit iherentia. Si dicat̄ alteꝝ extremũ iã
cẽ mutatũ. qr panis factus eſt nõ q̃tus hoc nihil eſt. qr pa
nis nõ fuit extremũ depẽdẽtie inq̃tũ q̃tus: ſꝫ inq̃tũ pa
nis ab. ❡ Rñ̄o. hec difficultas cõis eſt omnibus vnitis
poten⁹ manere ſeorſũ: vt in aĩa ⁊ corpore hoĩs in verbo:
⁊ nã humana quõ neutro extremo mutato: vt vr̄ hꝫ aliqd
ab relõ nõ manet q̃ ꝑus. Et ibi adducit̄ illud de fine. 7.
T.c.60. me. de. a. ⁊. b. ſꝫ hoc de facto nõ accidit in ſepatõe accidẽ
tis: qr ſubm̄ nõ ponit̄ manere: licꝫ poſſit manere. vñ iſtam
difficl'tatẽ differo vſqꝫ ad vltimũ cã. 8. vbi ꝓpe hꝫ locũ

Ad argumenta alius ⁊ alius cõceptus ſufficit ad ꝑcognoſci: ⁊ ꝯcludi: qr alia
notitia: ⁊ por nã huius q̃ illius. ❡ Alr̄ qd nõis pſupponit̄
nõ qd rei. ❡ 2m ꝯcludit pro ꝑma parte ſolõnis. nõ ꝯ ſc̄dã.
qr nõ eſt nugatio h. ens vnũ. ❡ 3m concludit pro ꝑma pte
ſolutionis. ❡ Quartum pro tertia parte ex qua ſequitur
prima pars de prima inherentia.

Ad primum in oppoſitũ: qr nõ notat cãm forma lem pdicatõis entis de accñte: ſꝫ ex
trinſecã: licꝫ. n. aliqd ẜm qđlibet ſui ſit cauſatũ a cauſa ex
trinſeca: tñ põt pdicatõem alicui⁹ imediate recipe forma
liter ac ſi nõ eſſet cãtũ: qr cã extrinſeca nõ eſt me de quo
ꝑus illud dicat̄: ⁊ inde de cãto. Exm̄ formalr̄. crea eſt ens:
licꝫ totalr̄ a deo. ❡ Item poſſe ẽ aliquod pdicatum ẜm ſe
pfecti⁹ eſſe in vno q̃ in alio: ⁊ tñ eque formalr̄ pdicatur d
vtroqꝫ. exm̄ de albedine remiſſa q̃ equalr̄ ẽ albedo ⁊ iten
ſa. nec de altero per alterũ dr̄. ❡ Item poſſe ẽ ordinẽ eẽn
tialẽ eſſe aliquoꝝ ſubiectoꝝ ẜm qdlibꝫ in ſe: ⁊ tamẽ aliqđ
ꝫ predicatum eque formaliter dr̄ de vtroqꝫ. Exm̄ de albe
dine ⁊ nigredine reſpectu coloris. nec ergo cãlitas in ſub
ſtãtia reſpectu totius accñtis: nec maior perfectio entita
tis: nec ordo eẽntialis in entitate concludit qn accidẽs ſit
formalr̄ ens: nõ per ſubãꝫ nec per reſpectũ ad ipſam: qr d
ꝑ ſe in itellectu ei⁹ eſt ens. poſito itellectu illo. etiã ſi ꝑ im
poſſibile oẽs cõditiões predicte auferãtur: qđ allegat̄ ab
Ar. ipſe nõ dicit eo ꝙ entis: ſꝫ eo ꝙ talr̄ entis. i. ſubẽ. ſit er
go falſa ꝯñtis arguẽdo ab iferiori ad ſupius negatiue cuꝫ
T.c.35. nota cãe pcedẽte: ſicut cũ inq̃to ꝑmo porum. ❡ Debꝫ tñ
⁊ ide. itelligi in eo ꝙ pro cã extrinſeca. Silr̄ ꝙ aliq accipiũt: nõ
eſt: niſi qr entis adhuc falſa ꝯñtis: ſicut h. hui⁹. ergo ſoluꝫ
hui⁹. ❡ De cõcreto ⁊ abſtracto videt̄ ꝙ accñs vt accipit̄
in abſtracto ẽ veri⁹ ens: q̃ vt in ꝯcreto: qr ſpẽs generis eſt
T.c.14. in qđ diuidit̄ ens ꝑ ſe ex. 5. nõ ſic ꝯcretũ: nec eſt ſubſtratio
illa accñtis itellecti ſine ſubiecto. qr abſtrahẽtiũ nõ ẽ mẽ
T.c.18. daciũ. 2. phycoꝝ. ſꝫ eſt itellectio qditatis nõ inq̃tũ deno
minat ſubiectũ: ſed inq̃tũ h qd. ⁊ ſic hñ ẽ ſubiecti. ⁊ dat i
telligere ſubm̄. ❡ De itellectu Ariſ. in lr̄a. Primo qđ ad
ducit̄ de ſano: ꝙ ſicut nihil formalr̄ ſanitatis eſt in vrina:
ſic nec entitatis in accidẽte. Silr̄ accñs dr̄ ens queadmo
T.c.15. dũ nõ ſcibile dicit̄ ſcibile. 7. ca. 3. ❡ Rñ̄o. ad ꝑmũ dico ꝙ
Ariſ. loqtur de diuerſis denoĩatiuis dictis ab vno abſtra
cto que denoĩatiua ſi vno noĩe ſignificẽtur: ſignãtur eq
uoce. ❡ Ad 2m: ꝙ illud exm̄ corrigit̄ per paragraphũ ſeqn
tem: ſicut expoſui textũ. vñ exm̄ qđlibꝫ aliqd veritatis in
ſinuat. ❡ 2m ꝯcludit pro ſc̄do mẽbro ſolõnis. ❡ Sꝫ vide
tur ꝯ mẽbꝝ tertiũ: ⁊ diceret ꝙ iherentia ſeipſa iheret: nec
vnqꝫ manet niſi ihereat: ſicut q̃titas manet. ❡ Ad 3m cõ
ceditur ꝙ põt habere diffinitiõem per genus ꝓpriũ ⁊ dif
ferentiã: ſed logicã: nõ realẽ. ❡ Cõtra: nec genus nec dña
ꝯplete itelligũtur ſine ſubiecto: ſicut nec diffinitũ. ❡ Jõ
alr̄ dõm ꝙ termin⁹ reſpect⁹ põt eſſe eẽntialius reſpectiuo
q̃ ipſe r⁹: deus. n. q eſt termin⁹ reſpectus creature eſt cau
ſa crea: nõ aũt reſpect⁹ nec ab iſto reſpectu depẽdet eſſen
tialr̄ creatura ſicut a deo: ſic h. ſi ſuba eſt: mã nõ ex q̃: ſꝫ in
qua põt accidẽs depẽdere ad ipſam: ſicut ad cãm aliquã
licꝫ ſit por reſpectu ad ipſam. exm̄ homo por eſt reſpectu
ſui ad animã: vt reſpectu totius ad partẽ: nõ tamẽ ſeqtur.
ideo poteſt diffiniri ſine anima.

❡ Sed ſubſtantia omnium primum tempore.

Tex. cõmenti. IIII. Queſtio. II.

Utrum ſuba ſit ꝑmũ oĩum entiũ tẽpore. Qr nõ. eterno nõ eſt ali
qd pri⁹ tẽpore. accñtia ãt ſimt eterna ſicut
mot⁹. 8. phycoꝝ. ❡ Jtẽ ſi ſic. ergo ſubſtã t.c.1. ⁊ iñ
tia pcedit tp̄s tpe. ❡ Oppoſituꝫ phs. 7°. ⁊ T.c.4.

Ad queſtionem (12. hui⁹. ꝯntator. 4°. T.c.2. ⁊ inde.
hui⁹. 7. Si accidẽs aduenit corpori poſtq̃ ẽ corp⁹: tũc ꝑus
eſt omni accñte aduenĩete. Si aũt nõ aduenit: ſed ẽ iſepa
rabile ⁊ ſemp ſimul cũ eo: tũc ſubſtãtia cõpoſita nõ prece
dit accñs: ſed pceditur a mã ſubſtãtie compoſite.

Contra de iſeparabilib⁹ ꝙ nõ ſit intellectus phi: ꝙ mã pcedit. de codẽ. n. ꝓbat phs ꝙ ſuba ẽ ꝑ
mũ ens: ⁊ qualr̄ ſit ꝑmũ ens ⁊ 2m nõ ẽ veꝝ de mã: qr ꝓbat
eam ꝑmã: qr pdicat̄ ſimplr̄ in qd: ⁊ qr alia ſunt entia: quia
ſunt ſic entis neutrũ eſt verũ de mã. ꝑmum nõ: qr. 9. ca. 6. T.c.12.
mã pdicatur denoĩatiue de materiato. 2m nõ: qr nõ dicun
tur accñtia entia. qr mãc: qr vel nl'a ſunt in materia vt in
ſubiecto: vel ſi aliqua ſaltẽ nõ pfecta. ❡ Jteꝫ ad pncipale
de codẽ ꝓbat̄ ꝑmitas tẽporis ⁊ cognitiõis ⁊ diffinitionis.
Sed mã nõ pcedit cognitione: ſed ſcibilis eſt ꝑ Ana ad i. phy. t.
formã. Silr̄ nec cognitõe: qr. 9. hui⁹. actus por cognitione c.69. T.
potẽtia. Silr̄ nec diffinitiõe: qr ſuba cõpoſita cadit in diffi c.13. ⁊ iñ
nitiõe accñtis: ſed materia nõ: qr. 7. cap. 3°. accidẽtia copu T.c.17.
lata hñt diffinitionẽ per ꝓpriã ſubam. ❡ Jtẽ phs probat ⁊ ide.
ſubſtãtiã eſſe ꝑmã: vt ẽ primũ pdicatũ ad qđ reducuntur
alia. ergo vel ꝓbatio eſt de ſuba in cõmuni: vel de aliqua
ſpẽ in gñe: vel de poſteriori ſubſtãtia: nll'ꝫ illoꝝ veꝝ eſt de
materia: qr nec ẽ generaliſſimũ: nec ſpẽs in genere: nec po
ſterius in ſuba: ſed ꝑus qr pricipiũ ſubſtãtie ⁊ principium
ꝑus principiato. ergo nõ põt inferri ꝙ ſi materia ſit prior
accidẽte: ꝙ ideo ſuba: niſi per hanc minorẽ falſam: quia ſi
pncipium prius eſt aliquo. ꝙ pncipiatum prius eſt eodẽ.
❡ Item ſi ſic. aut materia ẜꝫ ſe. aut ſub aliqua forma. nõ
ꝑmo modo: qr ſic. nec eſt ſub tẽpore: quia ingenerabilis ⁊
incorruptibilis. ꝑmo phyſicoꝝ. Non ſc̄do modo: qr aut vt T.c.82.
eſt ſub forma accidẽtali: ⁊ tũc nõ eſt ꝑus. qr vt eſt ſub for
ma nõ eſt ꝑus forma: nec poteſt h dari niſi ipſa ſit ſub for
ma ſubſtãtiali. ⁊ ſi ſic. tunc habetur propoſituꝫ ꝙ ſuba cõ
poſita ẽ prior. ❡ Hic dicitur ꝙ materia vt eſt ſub forma
accidentali ⁊ ſubſtãtiali pcedit tempore omne generabi
le ex illa. ⁊ per cõſequens omne accñs illius generabilis:
non omne accidens quod habet in ſe: ſed omne accidens
quod ineſt illi quod fiet ex ea. ❡ Contra. per hanc rõneꝫ
accidens eſt prius ſuba ſaltem generabili ⁊ corruptibili:
quia accidens generantis eſt prius ſuba generabili ex ea
in infinitũ: nec eſt ad intentionem phi: qr ꝓbat ꝑmitateꝫ
tẽporis per hoc ꝙ ſubſtãtia eſt ſeparabilis. ⁊ nõ accidens

illa probatio non valet de materia vnius comparata ad
accidẽtia alterius:qꝛ ſubſtãtia nõ dicitur ſubſtãtia ſepara
bilis:niſi reſpectu accidentiũ ſuoꝝ que ſibi inſunt. ¶ Itez
ad p̄ncipale ſeqtur ꝙ aliqua accidẽtia ſunt que nõ p̄cede/
rentur ab aliqua ſubſtãtia:ſicut omnia accñtia ꝓpria cor
porum celeſtiũ:qꝛ ſi nõ ſit ibi materia ẜm ꝯmentatorẽ in
de ſuba orbis:nõ p̄ceduntur:qꝛ materia p̄cedit:nec a ſub/
ſtãtia compoſita:qꝛ accidẽtia illa ſunt iſeparabilia: ⁊ ſi ſit
ibi materia.illa non preceſſit tempore ſubſtãtiam compo
ſitam. ⁊ per conſeqũs nec accidentia.

Ideo aliter dicitur ꝙ ẽ primuꝫ:qꝛ ſubſtãtia ſepa/
rata ab accidẽtibus ẽ prior:ſed priori
tas nõ põt intelligi de qualibꝫ ſuba:neqꝫ ẜm numerũ: ne/
qꝫ ẜm ſpeciẽ reſpectu accidentiũ ꝓpriorum:qꝛ ſubſtantia
nõ eſt prior ꝓpria paſſione:qꝛ in demõſtratione ꝯcludit̃ paſ
ſio de ſubiecto ꝑ ſe.ergo paſſio nõ põt non eſſe:nec de ſub/
ſtãtia ẜm numerũ:qꝛ ſi ſic poſſet eſſe idea platonis.qꝛ ha/
beret totã naturã ſpecificã ſine accidẽtibus: qđ ponit pla
to. ¶ Et ꝯfirmatur ꝯſequẽtia:qꝛ nõ poſſet illa idea eẽ di/
ſtincta ab iſtis:qꝛ haberet nãm ſpeciei: ⁊ in illa nõ diſtin/
guũtur idiuidua eiuſdẽ ſpeciei.ergo ⁊c̃.tũc ſequitur dictũ
platonis. Dicitur ergo ꝙ ſubſtãtia ꝯſideratur iquãtuꝫ h̄.
⁊ ſic non p̄cedit.ſi ꝯſideretur inq̃tum ſubſtãtia: ſic prior
eſt. ¶ Confirmatur ſic.qđ ꝯt ſpeciei nõ repugnat generi:
nec alicui inferiori rõne generis:qꝛ ſi hr̃e alas ꝯt animali
nulli inq̃tum animal repugnat habere alas: ſꝫ aliq̃ ſuba
p̄cedit omne accidẽs.ſ.p̄ma cauſa: ⁊ ſibi nõ repugnat p̄ce/
dere omne accidẽs duratione.ergo nulli ſube inq̃tũ ſub/
ſtantia repugnat p̄cedere accñs omne duratione.

Contra iſtã poſitiõem:qꝛ rõnes ꝓbãtes expoſitiõeꝫ
cõmẽtatoris nõ eſſe ẜm phm:ſunt ꝯ illã poſi
tionẽ:qꝛ nõ valꝫ.ſi deꝰ q eſt ſimplr̃ p̄mus p̄cedit.ergo ſub/
ſtãtia que ẽ poſterior p̄cedit: ⁊ pondera hoc ⁊ alias rõnes
ibi factas. ¶ Iteꝫ deus nõ eſt in gñe aliquo mõ. ſed qcqd
ẽ in genere hꝫ paſſiõem ⁊ aliquod accñs qđ nõ p̄cedit. ⁊ h̄
verũ ẽ de ſuba omni in gñe:ſed qđ repugnat cuilibet ſube
repugnat ſubſtãtie abſolute ⁊ ſimplr̃: ſimiliter loquendo
phyſice deus nõ precedit tempus tempore.

Ideo dicitur alr̃ ꝙ ꝓpõ eſt vã per ſe: ⁊ falſa ꝑ ac
cidẽs: ⁊ cõſimiles ꝓpoſitiões inue
T.c.15. niũtur a phõ.vñ.6.phycoꝝ ſupponit ꝙ oĩ motu ſit accipe
T.c.76. re motũ velociorẽ ⁊ tardiorẽ. ⁊.8°.dicit ꝙ aliqs motus eſt
⁊ circit. ita velox ꝙ nlls velocior:ſicut p̄mus. Silr̃.4.phy.ſuppo/
T.c.72. nit ꝙ oĩ corpori ꝯt accipere corpꝰ ſubtilius in ifinituꝫ. vbi
ꝓbat motũ nõ eſſe in vacuo: ⁊ tamen niſi exponat̃ falſum
T.c.35. eſt:qꝛ igne nõ ꝯt corpus ſubtiliꝰ accipere. ¶ Itẽ.7°. phyſi/
⁊ ide. coꝝ.ſi aliqđ mobile ⁊c̃.vñ tales ꝓpõnes ſũt vere ꝑ ſe: ⁊ fal
ſe per accñs. Unde p̄ma ꝓpõ vera ẽ rõne motus. accipiẽ/
do mouẽtia ꝓportionabilia motui. ⁊ ſimilr̃ non repugnat
corpori iquantũ repletiuũ loci eẽ ſubtilius alio q̊cũqꝫ. Si
milr̃ in ꝓpoſito:ſube q̃tum eſt de ſe nõ repugnat p̄cedere
oẽ accñs ex quo nõ depẽdet ab accñte aliquo:qꝛ cõpletus
itellectus ſube hr̃i põt.circũſcripto omni accñte.

T.c.6. **Contra** ſi ſic.g̊ ꝯcluſio demr̃ationis nõ eſt per ſe ne/
ceſſaria:qꝛ ne ĉiuꝫ nõ ꝯt aliter ſe hr̃e.5.huiꝰ ſꝫ
ꝯt aliter ſe hr̃e q̃ꝫ ꝙ paſſio pꝰ de ſubiecto:qꝛ ſubiectũ põt eẽ
T.c.5.⁊ ẜm opinionẽ illã ſine pane ꝯñs impoſe.p̄mo poſterioꝝ: qꝛ
7.⁊ ifra. demr̃atio ẽ neceſſariorũ: ⁊ eorũ que ſunt per ſe tm̃. ¶ Itẽ
ſi per accñs ſit ſubiectũ cũ paſſione:a ꝑte cuius tũc accitas
illa eſt nõ a ꝑte paſſiõis:qꝛ ſil̃ eſt cũ ſubo: qꝛ cauſat̃ ab eo:
tũc a ꝑte ſubiecti:qđ nõ ẽ verũ:qꝛ ipſa nã ſubiecti ꝑ ꝓpria
p̄ncipia eſt cã neĉaria paſſionis.ergo nõ per accñs ẽ ſimul
tꝑe cũ paſſione.qꝛ ꝑ eẽntiã cauſat. ergo ꝑ eẽntiã ſil̃ cũ paſ

Ideo dicit̃ ſione ⁊ non accidentaliter.
ſic ⁊ videnduꝫ eſt qd eſt eſſe p̄us tem/
T.c.101. pore:tempꝰ nõ tm̃ accipit̃ hic.vt diffinit̃ in.4.phy.qꝛ p̄mi
tas tꝑis eſt ſube inq̃tum ſuba ẽ:ſꝫ hꝰ nõ eſt eẽ in tꝑe:quia
tꝑs nõ eſt mẽſura niſi motus ⁊ q̇etis: ⁊ eoꝝ q̃ ſunt i motu
⁊ q̇ete.ſuba ẜm ſe nõ ẽ tale:nec accipit̃ ꝓ quacũqꝫ durati/
one extẽſa ſucceſſiua alia ab eẽntia rei:qꝛ de illa eẽt qđ:qꝛ
tũc ſuba poſſet p̄cedere illud cũ ſit accñs ei: ⁊ p̄cederet il/
lud duratõe: ⁊ q̃ro de illa: ⁊ ſic in ifinitũ. tũc dr̃ p̄us tꝑe eẽ
qđ põt ſeꝑatim eẽ ſine alio: ⁊ illud nõ ſine ipſo. qꝛ ſic dicit
phs in lr̃a.1° mõ oĩs ſuba prior ẽ oĩ accñte vno mõ. alio mõ
nõ.eẽ ergo p̄us tꝑe ẽ poſſe hr̃e exñtiam actualẽ priorẽ alio:
ſiue ſine alio q̃tum ẽ ex ſe. Ita.ſ.ꝙ ſibi nõ repugnat.qꝛ in
nullo ab illo alio depẽdet. h̄ ſatis põt dici p̄us nã. nihil.n.
ẽ prius nã:qđ non ſic ſit p̄us ⁊ tꝑe. Qꝛ aũt poſſit ſic p̄cede/
re oñdit̃ duplr̃. vel qꝛ nõ depẽdet ab illo:vel qꝛ nõ eſt cã
neĉaria illius.ꝙ hoc ſit veꝝ pꝫ per oppoſita hoꝝ. qꝛ ſi nõ
põt ſeꝑari hoc ẽ:vel qꝛ depẽdet ab illo: vel qꝛ eſt neĉia cã
illius. Dico ꝙ ſuba reſpectu accñtiũ ſeꝑabiliũ eſt prior vtro
qꝫ mõ.ꝯꝑata reſpectu paſſionis ẽ ſeꝑabilis ⁊ prior vno mõ:
qꝛ nõ depẽdet:ſꝫ nõ inq̃tum cã: qꝛ hꝫ neceſſariã cãꝫ hꝰ i/
tra eẽntiã ſuã.iõ nõ eſt ſeꝑabil̃ illoꝰ.ſ.inq̃tũ ẽ cã accñtis.
¶ Subam.n.eẽ h̄ eſt aliqd eẽ qđ in eẽndo nõ depẽdet ad EX
aliam eſſentiã:vt ſubiectiue ſuſtẽtantẽ in eodẽ ſuppoſito.
videt̃ ſatis manifeſtũ.qꝛ ſi ẽ ſic dependẽs:quero ad quid
depẽdet: ⁊ ibit̃ in ifinitũ niſi ſtet̃ ad aliqd ſic idepẽdens:ſꝫ
accñs eẽ oñdit̃ per viã motus:qꝛ aliqd idẽ mãet nũc mu/
tatũ ẜm hoc ⁊ nõ ẜm illud.ergo illud hꝫ ſubm manens. il
lud eni non ẽ ſuba:qꝛ alia fit mutatio ẜm illđ ⁊ nõ ẜꝫ iſtđ:
ita ꝙ ex vno accñte corruptibili ꝯcludit̃ aliqd p̄ter illud
ſubeẽ:ſꝫ ex multis ꝑ ſe ſibi inuicẽ ſuccedẽtibꝰ melius con
cludit̃ aliqđ eſſe ſubm aliud a quocunqꝫ illoꝝ.difficile tñ
eſt aſſignare manifeſtã differentiã depẽdentie forme cor
ruptibilis ad mãm: ⁊ accidẽtis ad ſubiectũ: vt in p̄ma de/
pẽdens ſit ꝑfectius.in ſcđa iperfectius. Si dicas h̄ faciũt
per ſe vnũ illa nõ. h̄ querit̃ q̃re ille actus cũ ſuo potẽtiali
facit vnũ per ſe: ⁊ nec actꝰ nec potẽtia ponit̃ res gñis:ſꝫ cõ
poſitũ ex illis: ⁊ illa p̄ncipia in genere aliꝰ actus cũ ſuo po/
tẽtiali:ꝙ tamen v̇e iformat.alias nõ eſſet niſi aggregatio.
nõ facit vnũ per ſe:nec illud ꝯpoſitũ eſt in genere:ſꝫ vtrũ/
qꝫ componẽs in ꝓprio genere:que rõ hꝰ q diceret omnes
formas eẽ vniꝰ gñis:vt p̄ncipia: ⁊ cõſtituere cõpoſita vniꝰ
generis:licet vniꝰ forme ꝓpria mã ſit magis in actu ꝑ aliã
formã eiuſdeꝫ generis p̄mi nõ ꝓximi:q̃ꝫ alterius:quia ita
ponunt in materys formarum ſubſtantialium ponentes
plures formas.vnde poſſet hoc improbari: de hoc quere
queſtione vltima octaui. TRA
¶ Ad p̄mũ argumentũ ꝙ aliquid ẽ eternũ.i.ſemꝑ durans
per ſe: ⁊ nihil ẽ eo prius:vel ꝑ aliud:ſicut motus per mobi
le: ⁊ tali põt ſuba eſſe prior:qꝛ nõ depẽdet ab eo q̃uis nõ po
teſt iquãtum cãt neceſſario. ¶ Ad aliud vno mõ ſic.ꝙ tẽ/
pus cõſideratur duplr̃.vt paſſio p̄mi mobilis: vel vt men
ſura:tũc tẽpus vt eſt paſſio p̄ceꝛ a p̄mo mobili tẽpore: non
aũt vt tẽpus accipitur pro mẽſura. ¶ Cõtra.omne qđ pre
ceditur ab alio tẽpore nõ ẽ quãdo precedit̃. ergo ſi tẽpus
vt paſſio p̄ceditur tẽpore:vt tp̃s eſt mẽſura. idẽ tẽpus rea
liter eſſet ⁊ nõ eſſet ſimul:qꝛ tẽpus paſſio que p̄ceditur nõ
ẽ qñ p̄ceditur: ⁊ tẽpus vt mẽſura quo formalr̃ p̄cedit̃ eſt:
ſꝫ tp̃s paſſio ⁊ tp̃s mẽſura ſunt realr̃ idẽ. g̊ ideꝫ realr̃ eſt ⁊
nõ ẽ ſimul. ¶ Aliter dicit̃ ſic.ꝙ ſubſtãtia p̄cedit tẽpus du
ratione aliqua: nõ tẽpore. ¶ Sed cõtra hoc eſt argumen
tum ſupius factũ:qꝛ illa duratio eſt accidẽs: quero tũc q̃/
liter illa precedit̃. ſi duratiõe queritur de illa in infinitũ:
nec p̄ceditur duratiõe que ẽ ipſa met: qꝛ tũc eſſet ⁊ nõ eẽt
ſimul. Ideo dico ſicut p̄us:ꝙ nõ accipitur hic tempus ꝓ/
prie:vt eſt numerus motus:ſed p̄cedit tempore:quia non
dependet a tempore. ¶ Ad rõnẽ p̄mã pro 2ª opione dico
ꝙ neceſſario paſſio ieſt ſubiecto ſuo:qꝛ ſubiectũ eſt cã ne/
ceſſaria illius:nõ qꝛ ſubm depẽdet ab eo in eẽntia. ¶ Ad

aliud de ſubſtãtia ſingulari. dico q̄ nõ eſſet idea platonis q2 in illo eẽt ꝓpria paſſio hominis: ſed nõ haberet accidẽtia per accñs. vnde dico q̄ ĩdiuiduũ cuiuſcũq3 ſpeciei poſſet per ſe exiſtere ſine omni accidẽte per accidẽs: ⁊ tamẽ illa ſuba nõ eſſet perfectioꝛ q̃ nũc nec eſſent alia ſuba per participationem illius. ⁊ dico q̄ diſtinguitur ab alio indiuiduo: q2 alr̄ eſt natura ſpecifica in te ⁊ in omnib9 cõmuniter. vnde diſtingueret̃ ab alio per eſſentiã ſuã: ſicut nunc: vel forte per aliquã differentiam indiuidualem quaz addit indiuiduum ſupra ſpeciem. quia diſtinctio per accidẽtia eſt ſecundum accidens.

¶ Subſtantia eſt primum omnium notitia. Tex. cõmenti. IIII. Queſtio. III.

Utrum ſuba ſit primũ oĩum entiu3 cognitione. Et nõ. oĩs cognitio oꝛit̃ a ſenſu. Sz ſenſibilia ſunt accñtia ergo accidẽs ꝑus cognoſcit̃ q̃ ſubſtantia. ¶ Poſſet dici q̄ rõ vadit de cognitione ſenſitiua nõ ĩtellectiua: ꝺ qua tñ ĩtelligit̃. ¶ Cõtra. ſicut aliqua cognoſcunt̃ a ſenſu ita a v̓tute fantaſtica: ⁊ itell'ſ ſic põt ea abſtrahere: ⁊ ſic ĩ‑
T.c.ii. telligere. ¶ Jtẽ ad idẽ ꝑ de aĩa. Accidẽtia magnã partez (cõferunt ⁊c.

Ad queſtionẽ q̄ ſic: q2 ꝺ oĩbus q̃ habẽt qđ quid ſimpl'r pfectiſſima eſt cognitio eoꝝ quĩ cognoſcit̃ qđ ſunt ſicut habẽt qđ: ſ3 ſubſtãtie eſt pfectiſſime qđ. ideo de ſubſtãtia pfectiſſime cognoſcit̃. ¶ Tñ itelligẽdũ eſt: q̄ qđa3 ſunt ꝑoꝛa generatione: ⁊ quedam pfectione: que gñatione ſunt ꝑoꝛa impfectioꝛa ſunt. ecõuerſo de alio: tũc ſuba ẽ ꝑ^m omniũ cognitione: q2 perfectiſſimũ. accñtia ꝑma generatiõe. ideo ⁊c. ¶ Ad arg^m. q̄ vadit de ꝑoꝛitate generatõis. ¶ Cõtra. q̄ perfectõe accñtia ſunt ꝑoꝛa cognitione. iõ cognoſcibile cognoſcit̃: q2 ſpẽs ei9 eſt in cognoſcẽte: ſed in intellectu eſt ſpẽs accñtis nõ ſubſtãtie. ergo accñs pfectius cognoſcit̃. ꝓbatio mi. q2 ſpẽs accidentiũ ſunt in v̓tute fantaſtica: ⁊ illoꝝ eſt abſtractio q̃ ſunt ibi. Et aũt ſpẽs ſubſtãtie nõ ſit in ĩtellectu. ꝓbatio: q2 tũc ſpẽs ſube ꝑus eſſet in ſenſu: ⁊ ſic poſſet ſubſtãtia cognoſci a ſenſu. cui9 oppoſitũ manifeſtũ eſt: q2 oĩa ſenſibilia ſunt q̃titates vel q̃litates. ¶ Jtẽ ſi ſic: tũc ꝑ cognitiõem naturalẽ poſſet itellect9 cognoſcere ſubſtãtiã in ſacramẽto eẽ vel nõ eẽ. ¶ Ad illud dicit̃ ſic: q̄ ſubſtãtia facit ſpẽm: ⁊ eſt in ſenſu ⁊ in medio: ſ3 ibi nõ eſt pncipiũ vidẽdi: ſicut nec ſpẽs in aere: q2 aer non h3 potẽtias cognitiuas rei. cuius ẽ ſili9: ſed in intellectu eſt pncipiũ vidẽdi. ¶ Cõtra hoc vadit argumentu3 de ſacramẽto. Aliter dicitur q̄ nõ eſt in itellectu niſi ſpẽs accidentis ⁊ imediate cauſat̃ illa ſpẽs ab accidẽte: ⁊ me^te a ſubſtãtia. ⁊ ꝑmo repreſentat accñs ⁊ ſecũdario ſubſtãtiã. ¶ Sz cõtra ſpẽs nõ põt repreſentare diſtincte illud qđ eſt perfectius illo cui9 eſt ſpẽs: q2 ſi ſic. tunc ſilitudo alicui9 albi remiſſi. repreſentaret albũ itenſum: ⁊ tũc quãdocũq3 viderẽ remiſſum albũ: viderẽ itenſu3 albũ. ⁊ ſic ſubſtãtia nõ erit perfectũ cognoſcibile: ⁊ tũc cũ aliquãdo accidẽs ſit per ſe vt in ſacramẽto: ⁊ repreſentat ſubſtantiã ſecũdario: tũc ĩtellectus itelligeret ſubſtãtiã in ſacramẽto cũ ibi ſint ſola accidẽtia. Aliter dicit̃ q̄ ſubſtãtia cognoſcit̃ ꝑ diſcurſum. Et tũc ſtat q̄ nõ pfecte. ¶ Tũc dicendũ q̄ ſubſtãtia ẽ pfectu3 cognoſcibile: ⁊ tñ aliquid aliud põt pfectius cognoſci a nobis ꝺm ꝓportiõem cognoſcibilitatis ſue. q2 pfecti9 repreſentat ſpẽs alicuius albi remiſſi ip3 albũ cuius ẽ ſpecies: q̃ ſpẽs ſolis repreſentet oculo aquile ipm ſole3. ⁊ magis video albũ ꝺm ꝓportiõem viſibilitatis ſue q̃ agla ſolem ꝺm ꝓportionẽ viſi^tis ſue. Tũc dico q̄ pfectius cognoſcitur: cui9 ſpẽs eſt in itellectu. verũ eſt ꝺm ꝓportiõem ſue cognoſcibilitatis: ⁊ tñ ſuba de ſe ẽ perfectius cognoſcibile ⁊ in ſe: ⁊ a nobis ſi poſſem9 ad illã pertigere: ſ3 nõ poſſum9 ĩ vita i9. vt hr̄ in. 2. hui9. 3. q. ⁊ tũc dictũ pħi intelligit̃ me^ce dcm̃: nõ aĩaſtice. diſtõ hec dat̃ in. q. ꝺ ſingulari in. 7. Et q2 illa cognitio quã hẽmus de ſuba eſt pfectioꝛ cognitio cu3 attingit̃ q̃ cognitio accñtis. tũc lic3 accñs ſit ꝑmũ cognoſcibile reſpectu intellectus nr̄i gñatiõe: tñ ſubſtãtia eſt ꝑmum pfectione. Et ideo ſimpliciter primũ.

¶ Subſtantia eſt omnium primu3 rõne. Tex. cõmenti. IIII. Queſtio. IIII.

Utrum ſuba ſit ꝑmũ oĩum entiũ diffinitione. ita q̄ ſuba cadit in diffõne cuiuſcũq3 alteri9. q̄ non. oẽ accñs h3 propriũ genus: ⁊ ꝓpria3 dr̄iam. ex talibus ꝯſtituitur ꝓpria diffõ ⁊ ſufficiẽs. hoc dicit pħs. 8. hui9. q̄ in diffõne eſt qđ ⁊ q̃le. T.c.2.6 Dicit̃ q̄ tale aggregãs genus ⁊ dr̄ia3 non et.9.idẽ eſt diffõ. q2 diffõ dat̃ cã innoteſcẽdi: ſ3 talis diffõ adhuc ꝺpendet ad ſuba3. igit̃ ſuba reqritur in diffõne ei9. ¶ Con‑ 6° topi^r tra. oẽ qđ ꝑdicat̃ ꝓprie de aliquo ſubõ predicat̃ de eo ꝺm .c.4. rõnẽ alicui9 ꝑdicati q̃tuoꝛ ꝑdicatoꝝ. ꝑmo topi. vel ſub rõne alicuius gnq3 v̓lium: ſic dõ. albedo ẽ coloꝛ. a. nõ eſt ꝑ ca°.3. dicatio: niſi vt diffõ. q2 pħs diffinit diffõne3 dicẽs. q̄ ẽ orõ ꝑ topi. indicãs qđ eſt eẽ rei. ſ3 illa indicat totã q̃ditatem albedi .c.4. nis: q̄ aliud nõ ſit vez. q2 accñs eſt ꝑ ſe ſenſibile: ⁊ ſic eius ſpẽs abſtrahi põt: ⁊ cognoſci pri9 q̃ aliqua ſuba cognoſcatur. ¶ Jte3 tunc ſeqtur q̄ in diffõne eiuſde3 accñtis cẽntponẽda multa ſuba. q2 op3 ꝑmũ ⁊ ꝓpriũ poni. ex. 7. hui9. ⁊ T.c.17. ſubm gñis ⁊ dr̄ie ꝺm te: q2 tota rõ ꝺpẽdet ꝺm te. ¶ Jte3 ⁊ ifra. rõ quã ſignificat nomẽ eſt ei9 diffõ. 4. hui9. Sed nomẽ accidẽtis nõ ſignat ſubm̃. ergo ſubm nõ d3 poni in ei9 diffõne. T.c.28. Dicit̃ q̄ veru3 ẽ tñ accñs in ꝯcreto dat itelligere ſub3: ⁊ illud cointellectũ poni d3. ¶ Cõtra. tũc in diffõne accñtis abſtracti nõ po9. q2 nõ dat itelligere ſub3 aliquo mõ: et talia ſunt verius in gñe accñtis. ⁊ ſic hr̄ ꝓpoſitũ q̄ in diffinitiõe accñtis qđ ẽ maxime accñs nõ d3 poni ſub3. ¶ Jtẽ ad pncipale. ſi ſic. ergo hec nugatio. naſus ſymus. ꝑ9 ꝯñc. q2 ad videndũ nugatõe3 ponẽda eſt rõ pro noĩe: ſ3 poſita rõne ſymi hr̄ naſus: naſus cauus. ¶ Jtẽ põt eẽ ſine ſubo. ergo ſubm nõ d3 poni. ꝑ9 añtis. Quicqd põt cã ſupioꝛ cu3 ĩferioꝛe põt ꝑ ſe. ſ3 cum ĩferioꝛi põt facere accñs eſſe ꝑ ſe. ergo ſine eo põt. ꝓbatio prime ꝓpõnis. perfectũ ſimpliciter eſt: qđ nõ h3 aliquã excedẽtiã: ſed ſi ꝑma cauſa cũ ſcda 5°. hui9. poſſit facere qđ nõ poſſit ꝑma per ſe h3 excedentiã: q2 ipa T.c.21. cũ cauſa ſecũda excederet ſeipſam ſolã. 8° ſic. aliqua accñtia dicũtur ſeparabilia. poſſunt ergo illa ſeparari: ⁊ per cõſequẽs diffiniri per ſe. ¶ Jtẽ. 8. phyſicoꝝ. ſi cõtingit reperi T.c.37. re mouẽs ⁊ motũ ſimul: ⁊ mouens per ſe. ergo ⁊ motũ per ⁊ idẽ. ſe. ſimil'r ꝺ de ſubſtãtia ⁊ accidente.

Dicitur q̄ eſt primũ: q2 d3 poni in diffinitiõe alioꝝ omniũ: ſicut. n. cõuenit aliqbus: qđ qđ ẽ. ſic diffõ. Sz accñtia nõ ſunt entia: niſi q2 entis ex. 7. hui9. ⁊ ſi T.c.2. ſic. nõ hñt quiditatẽ: niſi q2 illius entis: nec diffinitionẽ. ꝫ in diffinitiõe eoꝛum deb3 poni ſubſtantia.

Aliqui dicũt dictũ pħi eſſe verũ nõ de entitate naturali accidentiũ: ſed de entitate aptitudiali accidentiu3: tũc aptitudinal'r omnia accñtia diffiniũtur per ſubſtãtiã nõ actual'r: nec ꝺm entitatẽ naturalẽ. ¶ Tamẽ ꝺm pħm nõ poſſunt aliquo mõ eſſe niſi in ſuba. ⁊ ideo ſimpliciter ⁊ abſolute entitas oĩs quã poſſunt habere ẽ a ſubſtantia: q2 nec ſeparant̃ ꝺm pħm: nec habẽt aptitudinẽ ad ſeparationẽ. Sil'r illud põt haberi ꝑmo phy. ꝯ Anaxago. T.c.39. Jmpoſſibile eſt ſegregare accidens a ſubſtantia. Similiter. 7° huius. cõtra platonem ca° penultimo. nec rõne nec T.c.47 tpe poſſunt eſſe ⁊c. Tunc diffinit̃ aptitudinaliter per ſubſtantiam. ita q̄ inſunt aptitudinal'r ſubſtãtie.

Contra q̃ nõ ſit intentio p̃hi negare oẽm entitatem formal'r ab accñtibus p̃ter ẽtitatẽ ſube actu
T.c.58. vr̃ p̃hs.4.p̃hy.poſito q̃ in aliquo ſpacio ſit tm̃ ſonus: q̃rit vtrũ illd̃ ſpaciũ ſit vacuũ: r̃ñdet q̃ ſi in ſpacio põt recipi corpus: vacuũ eſt. ſi nõ: ñ eſt vacuũ. Poſito ergo q̃ accñs nõ põt eẽ ſine ſubo. ſeq̄tur ↄ̃dictoria ſimul va.vz. q̃ ibi ſit corpus: ⁊ q̃ nõ. tũc entitas eoꝝ nãlis eſt per ſubam: p̃ñt tñ actual'r eẽ ſine ea cũ aptitudine ad ſubm. ¶ Tũc ad ꝓpõnes p̃hi q̃ nullũ põt eſſe ſine aptitudie ad ſubz. ¶ Ad aliud ↄtra Anax. loq̄tur ð cã nãli: q: q̃rere ſegregare nãliter ẽ impoſ'e. ¶ Cõtra diffiniẽs min⁹ ẽ ens diffinito. ¶ R̃ño veꝝ ẽ de parte q̃ditatiua diffõnis nõ de addito. ¶ Item diffinitũ nõ vr̃ ens niſi p diffiniẽs. ergo formal'r nõ eſt accidẽs ens: ſz tm̃ per ſubm. Et hoc videt̃ ex lr̃a: q: entis ⁊c. ¶ Itẽ attributo ẽẽntial'r ad alterũ: ⁊ ei cui attribuit̃ non vr̃ ↄceptus cõis: ſicut nec ab'o ⁊ reſpectiuo: nec ſube ⁊ accidẽti. ¶ Ad p̃mũ per diffiniẽs additũ non recipit formal'r diffinitũ p̄dicatõez alicuius. aliogn ſicut q̃titas eẽt ens p ſubam: ita eẽt q̃titas p ſubaz: ⁊ creatura ens p deũ. formalis p̄dicatio eſt vbi ſubto ex ſuo itellectu ineſt p̄dicatũ circũſcripta a ſubo oĩ hitudine ad cãm extrinſecã que nõ eſt de q̃ditate eius. cui⁹ ſp eſt efficiens ⁊ mã in qua. Oꝫ p̃hus dicit itelligat̃ de entitate incõplexi: nõ de p̄dicatiõe ẽntis de accñte: niſi forte de cã extriſeca. ¶ Ad zᵐ. ſi attributũ nõ eẽt niſi attributio: ita q̃ reſpect⁹ nõ fundaret̃ in aliquo ab'o. maior vr̃ vera. quõ ergo ordo in pfectione ei⁹ qð p̄dicat̃ nõ arguit ordinẽ p̄dicatõis. q̃re in. q. ð iherẽtia ⁊c. ð B.

Ad primum argumentũ p̄ncipale q̃ illa r̃õ p genus ⁊ d'riam nõ eſt diffinitio me'lo quẽdo: q: nõ exp̄mit q̃ditatez oĩo: ⁊ pfecte q: non exp̄mit aptitudinẽ ad ſubaz niſi addat̃ ſuba. ¶ Ad illud in ↄ̃riũ dr̃ q̃ logice loq̄ndo p̄dicat̃ vt diffõ: q: logicus ↄcedit diffinitionẽ ex gñe ⁊ d'ria ſolũ: nõ metap̃hice loquẽdo: q: nõ exp̄mit cuius eſt: cũ tñ ẽm ſe nõ dependeat. ¶ Al'r ſic q̃ reducit̃ ad aliqð illoꝝ. ſicut iſta. hõ ẽ ſuba ſenſibil': nõ eſt gen⁹ nec d'ria ⁊c. ⁊ iõ dicit̃ q̃ reducit̃: tamẽ nõ eſt vera diffinitio hoĩs. q: nõ exprimit ↄplete totaz ẽẽntiaz illius: qð tñ ptinet ad diffõnem. ¶ Ad aliud q̃ accñs ↄpletiue non itelligit̃ ſine ſubo. ¶ Ad illud de ſp̃e dico q̃ cog⁹ illa accñtis nõ eſt ↄplete diſticta ſz ↄfuſa: ſz q̃ñ cognoſcit̃ cuius eſt: cũ illis ↄditõib⁹ ẽ cognitio diffinitiua ⁊ diſticta. ¶ Ad 3ᵐ dõm vel q̃ genus ⁊ d'ria: ⁊ ſp̃es hñt idem ſubm: vel d'ria ⁊ ſp̃es hñt idem ſubiectũ: ⁊ genus habz cõmunius ſubz: ſz illud nõ dz poni: q: illud ſubiectũ ↄmunius itelligit̃ in ſubiecto ſp̃ei: qð ẽ inferius. ¶ Ad aliud q̃ nõ ẽ ꝑpter moduz ſignificãdi ↄcretũ: q̃ ſubm dz poni: q: accidẽs ẽm ſe depẽdet ſaltẽ aptitudinal'r: ⁊ nõ eſt ens niſi ſic depẽderet. ideo ponit̃ ſubiectũ ad hoc q̃ cõplete diffiniatur ꝑpter ipſam rem ſignatã. ¶ Ad aliud q̃ nõ ẽ nugatio. Ad p̄batiõem
T.c.19. hui⁹.7. latz. dicit p̃hs: q: r̃õnes nõ ſunt certe q: naſus nõ eſt de p ſe in itell'u ſymi. ¶ Cõtra. tũc nõ differret dicere naſus ſymus ⁊ naſus cauus. ⁊ tũc idẽ ſymus ⁊ cau⁹. ↄ̃ñs eſt falſum q: tolle equalia que relinquent̃ ſũt eq̃lia. Ad hoc q̃ ſymũ nõ hz itra itell'm ſuũ per ſe naſuz: ſz licet nõ ſignificet B. tñ nõ eſt idẽ ſymũ ⁊ cauũ: nec dicit ſymũ tm̃ cauitatez: q: ſymũ dicit aliquã certã habitudinẽ ad naſum. ¶ Ad alið de p̄ma cauſa cõcedo cõcluſionẽ. ¶ Ad aliud accidẽs eſt ſeparabile. dico qð nõ eſt ſeparabile: q: põt ſeparari: ⁊ eſſe p ſe ſine ſubiecto: ſed q: corrũpitur poſt ſeparatiõez ⁊ alia iſeparabilia: q: nõ poſſunt nõ eſſe ſubo exñte. ¶ Ad aliud q̃ argᵐ ẽ a minori: q: magis põt mouens eſſe per ſe q̃ motum: cũ motũ dependeat a mouẽte. ideo valz argumẽtũ: ſz in ꝓpoſito nõ valz. q: arguit̃ per locũ a minori affirmatiue. ↄ̃'n. reperire ſubſtantiã ⁊ accidẽs ſimul. ⁊ ſubam p ſe. ergo ⁊ accidẽs nõ valz. ſubſtãtia põt eſſe p ſe qð magis vr̃. ergo accñs qð minus videt̃: ſed eſt ↄ̃ñs.

¶ Dico autem materiã que eſt ẽm ſe nullaten⁹ neq; quid: neq; q̃ãtitas: neq; aliquid aliud eorum dicit̃ q̄bus ens eſt determinatum. Eſt. n. quoddaz de quo p̄dicatur horum quodlibet cui eſt eſſe alteruz. ⁊ cathegoriarum vnicuiq;.

Tex. cõmenti. VIII. Queſtio. V.

Utrum mã ſit ens. Oꝫ non. in lr̃a: ne q̃ eſt q̄d ⁊c. ¶ R̃ño. non in actu ſz in potẽtia. ¶ Cõtra. aut ẽ in potentia mã aut forma aut compoſitũ. ¶ Itez qð generat̃: nõ eſt. 5⁹ p̃hycoꝝ. intelligit̃ de ſubo generatiõis: q: qð mouetur eſt: intelligit̃ in potẽtia: q: accidit ſibi eſſe in actu. ergo mã nõ eſt in potẽtia. ¶ Itez aut ẽ actus pur⁹: aut cõpoſitũ ex actu ⁊ potentia. neutrũ. Tum q: nõ ẽ ſcibilis niſi p analogiã. Tũ q: tũc aliquid iferius ipſa poſ'e eſſet eſſe nec p̄mũ: q: nõ diſtinguitur in fundamento n'c. ⁊ ſic nõ eſt forma: nec zᵐ: q: eſt p̄ncipium. 3° ſic. primus actus eſt ſine omni potẽtia. ergo ⁊ p̄ma potentia ſine omni actu. ſimiliter actus ꝓportionatur potentie: ⁊ ita eſſet illimitatus: ſicut ⁊ potentia eſt infinita. T.c.8. T.c.8.

Contra eſt p̄ncipium per ſe ex p̄mo phyſicoꝝ: ⁊ p ſe cauſa ex ſecundo. T.c.52 T.c.28.

Reſponſio q̃ trãſmutatio fecit ſcire materiaz. oẽ enim naturale agẽs reſpicit paſſum in quod agat: ſicut ergo in trãſmutatiõe accidẽtali tranſmutãs trãſmutat aliq̄d manẽs ab vno termino in alteruz. al bedo. n. nõ fit nigredo: ſed albũ p⁹s fit nigrũ. Ita in generatiõe generãs trãſmutat aliq̄d a forma in formam. illud dicit̃ materia. ¶ Hec r̃õ Ar̃. p° phy. t.c.60. i. de gñatiõe. ⁊ z°. t.c.6. ⁊ iz. meta. ca⁹ p̄mo. t.c.6. ⁊ alibi plics. ¶ R̃ñdetur. corrumpendũ eſt in qð agẽs agit: ſed vltimo iſtanti totũ mutat̃ in totũ ex p̄mo de generatõe. ¶ Cõtra. prius natural'r corrũpẽdũ nõ eſt q̃ genituz fiat. ergo ſi nihil corrũpẽdi mãet in illo nũc in quo generãs gnãt. gnãt ex nihilo: nec in aliq̄d agit. ¶ R̃ñ°. nõ de aliquo ſubiectiue: ſz ex aliquo initiatiue: vt ex termino a quo deus vtroq; mõ ex nihilo. ¶ Cõtra. agẽs hñs in virtute ſua cauſatiua totum effectũ nõ min⁹ illũ p̄ducet: licz aliud nõ ponatur: quo poſito magis debilitat̃ vis agẽtis q̃ fortificet̃: ſed per te generãs hz in virtute ſua effectiua totũ effectũ. q: nihil eius p̄ſupponit. per actiõem aũt in cõtrariũ corrumpendũ debilitatur eius v'tus actiua: nõ fortificat̃. ¶ Confirmatur ratio: q: agẽs naturale potẽs in aliquẽ totũ effectũ de neceſſitate illũ faciet nõ impeditũ ex. 9.4. ca. nõ aũt ipedit̃ ignis generare ignẽ in quẽ põt totuz ex datis: q: illa aqua nõ eſt preſens. magis aũt impediret̃ ſi eſſet p̄ſens. ¶ Itẽ alie cõgruentie ponũtur q̃ eſt vnũ p̄mum potẽtiale: q: in cauſis materialibus eſt ordo ẽẽntialis: ſicut in effectibus ex. z. hui⁹. p̄mũ potẽtiale videt̃ eſſe reſpectu p̄mi actus. ¶ Item nulla generatio paſſiua erit naturalis: q: nll's appetitus p̄ceſſit ad terminũ generatũ: naz forma corrupta nõ appetit illũ. qð pz: q: tũc appetiſſet ſuã corruptionez. imo nulla eſt generatio: q: nulla p̄uatio q̃ poſſit eſſe terminus a q. p̄uatio. n. nõ eſt niſi in apto ad hitum. iter formas aũt diſperatas nõ eſt p ſe generatio: q: eſt ex non ſubiecto in ſubm. ¶ Item qðlibz eſſet itrinſece loquẽdo eque incorruptibile. Nam ita forma aeris nitit̃ ſaluare ſe: neceſt in aliq̃ aptitudine naturali ex ſe ad nõ eſſenduz: vt videt̃. ſicut forma celi: aer aũt eſt per te tm̃ forma: ſi dicat̃ aerez hr̃e contrariũ: ⁊ celũ nõ: nihil ad b. q: cõtrariũ nõ facit q̃ illud habz aliquod intrinſecũ p̄ncipiũ quo eſt corruptibile. ⁊ B videtur eſſe ratio Ariſt. in. 7. ca⁹ 5. q̃ omne gñabile habz materiã: poſ'e nãq; eſſe ⁊ nõ eẽ: quo aũt aliq̄d eſt tale

⁊ ide. iõ. 5. h⁹. t.c.z. ⁊ z. hui⁹. T.c.5. T.c.i. ⁊ z4. T.c.z4 T.c.io. ⁊ ide. T.c.5. ⁊ ide. T.c.zz

.ſ.itrinſece eſt materia:q2 tamē materia dicitur eſſe in po/
tentia.¶ Intelligēdū ꝙ aliqd dicit̄ in potētia duplr̄.vno
mō vt termin⁹ potētie ſiue ad qđ eſt potētia vt albedo ge
nerāda.alio mō vt ſubm potētie ſiue in quo eſt potētia:vt
ſupficies dealbāda.Qui dicūt māƺ eē ṗmo mō ens in po/
tentia dicūt eā ſimpliciter eſſe non ens:nec vident̄ aliquo
mō ſaluare itentionem Arꝫ.Tum q2 tale ens nō eſt ſubie/
ctum trāſmutatiōis:ſed termin⁹ mā ponit̄ ſubiectū.Tuƺ
T.c.10. q2 talis potētia numerat̄ ſm numeꝝ actuū.ex.3.phyſico/
rum.mā aūt vna eſt reſpectu formarū oppoſitarū.2°.ergo
mō materia ens ē in potentia:⁊ magis ꝗ ſubm accn̄tis:q2
minus hn̄s in ſe actualitatis:⁊ maioris actualitatis capax
ꝯⁿᵒ.25.⁊ ⁊ iſta potētia fundatur in aliq̊ actu ſm cōmētatorē.3°.celi
54.⁊ in̄. ⁊ mūdi:q2 recipe nō ꝯuenit niſi hn̄ti in ſe ṗus aliquā enti/
tatem poſitiuā ṗmū fundamentū omnis realitatis poſiti
ue qd eſt.¶ Ad argumēta loqtur de diuidentib⁹ ens ꝑ ſe.
vn̄ ſeqtur neqꝫ aliqđ eoꝝ qbus ens eſt determinatū.ſic ēt
T.c.8. forma nō eſt qd ⁊c.¶ Si arguit̄ vt videt̄ ex lr̄a.ꝙ omnia
b⁹.7. p̄dicātur de mā denoīatiue.igit̄ nulli eſt idē eſſentialiter.
¶ Rn̄o.nec ꝑs de toto:nec ecōuerſo p̄dicat̄ ꝓprie:ƺ ali/
quo mō denoīatiue:⁊ ſi nō:ſicut accn̄tia:q2 nō denoīatio/
ne extrīſeca alteri⁹ generis.ſic g̊ mā nō eſt hō:ƺ humana:
ſicut aīa nō eſt hō:ſed hūana.¶ Qꝛ aūt illud de denomia
T.c.12. tiōe nihil valeat pro eis.pƺ ex.9.ca.6.vbi vult ꝙ mā deno
minatiue p̄dicetur de ꝯpoſito.⁊ in hoc aſſilat̄ accidēti.er/
go nō ītelligit h̄.ꝙ ſit ſubiectū ꝓprie p̄dicatiōis denomīa
tiue reſpectu omniū aliorū:q2 p̄dicatiōes denoīatiue pro/
prie nō ꝯuertūtur.¶ Iſte aūt partes de toto ꝯuertuntur
q2 ⁊ totū de parte denoīatiue p̄dicatur.¶ Ad totū tamē
textū illū eſt alia rn̄ſio:q2 illud dicitur opponēdo pro fal/
a.l.Ex ſa parte:qđ videt̄ ex epilogo ſequēte:ſic qdē ītendētibus.
bis g̊ ſpe ⁊ ex aduerſatione:q2 ſtatim arguit ad oppoſitū:ƺ ipoſſibi
culātib⁹ le:qn̄qꝫ.n.cōſueuit Arꝫ.iter argumētū pro ⁊ ꝯ ponere de/
⁊c.t.c.8. terminatiōem qōnis ſine aliqua nota ſolutiōis.¶ Ad ali/
ud ſicut eē ꝗtuƺ ē cōditio ꝯcomitās ſciētē:ſed nō neceſſa
ria ad ſcire.eſt aūt neceſſaria ad albedinē.Sic entitas ac/
tualis ē cōditio neceſſaria mobilis:licƺ forte nō ꝓxima:vt
T.c.9. habet̄ 3°.phycoꝝ.es nō inꝗtū es:ƺ inꝗtuƺ potētia ſtatua
mouet̄.ita ꝙ a ſubto gnōnis remouet̄ ꝙ actualis entitas
nō eſt ſibi neceſſaria.⁊ itelligat̄ de cōpleta:que ſemꝑ ē ne/
ceſſaria mobili p̄ciſe ſumpto inꝗtū mobile.¶ Ad tertiū
ē actus tn̄.¶ Ad ṗmā obiectioneƺ de ſcibili nōne loquit̄
ibi Arꝫ.de mā in cōmuni:vt eſt ꝑ ſe ṗnᵐ trāſmutatiōis nā/
lis:q̄re magis arguis ex illo dicto de ſubiecto gnōnis ꝗ al
terationis:nūquid Arꝫ.ante qntū librū de iſtis mutatiōi/
bus diſtinxit:vel de ꝑtinētibus ad ipſas.Dicas igit̄ ꝓpter
iſtā auctoritatē:ꝙ ſubm alterationis ē pura potētia:q2 nō
ſcibilis.Ideo rn̄o.ſcibilitas abſoluta nō ē ſcibilitas cōple
ta alicui⁹ inꝗtū cōparatū.Patƺ de ere ⁊ potētia ſtatua.lo
quitur aūt de mā ibi:vt ē ṗncipiū trāſmutatiōis.h̄ autem
eſt inꝗtū capax forme per trāſmutationē.igit̄ tūc cogno/
ſcitur vt ṗncipiū ⁊ nō ante qn̄ cognoſcit̄ in analogia ad for
mā:licƺ aliā notitiā abſolutā habeat vel nō habeat qd ad
h.Alr̄ ꝓpter defectū itellect⁹ noſtri q ex ſenſibilib⁹ cogno
ſcit.ṗmo in forme notitiā inducimur ꝑ opōnes ſenſibiles
mā nullius opationis ſenſibilis eſt ṗncipiuƺ:tn̄ ex formis
ſuccedētibus que ſunt aliarū operationū ṗncipia:cōcludi
mus illud qđ ad eas habƺ analogiā:vt receptiuū ad rece/
ptum.¶ Ad aliud qđ arᵗ.ꝙ tūc fieri pōt ea aliqd iferius.
¶ Rn̄o.ſi vis hr̄e iter qđcūqꝫ aliqd:⁊ nihil vnū meᵐ erit
illud aliqd:vel nihil ifimū qđ ē in ſuba.dū ſit aliqd:eſt ifi/
mus actus ⁊ potētialis reſpectu oīum alioꝝ actuū.¶ Si
vis hr̄e ꝓpriam potentiam purā ſine omni actu habebis
nihil:ſicut ſi ꝑuatiōem ſine ſubiecto.de hoc in.9°.queſtio/
ne prima.¶ Ad alia eſt ſecundum ſe diuerſuƺ.actus non
contendatur de nomine ⁊c.

¶ Quare ſi ſpēs materia eſt prior:⁊ magis ens
⁊ ipſo quod ex vtriſqꝫ prior erit ꝓpter eādem
rationem.Tex.cōmenti.VII.

¶ Quapropter ſpecies:⁊ qđ ex ambobus ſub/
ſtantia videtur eſſe magis ꝗ materia.Tex.cō/
menti.VIII.

Queſtio. VI.

Vtrum forma ſit ṗor cōpoſito ⁊ mā.
⁊ vtrū magis ens vtroqꝫ.Qꝛ
nō cōpoſito.Omne ꝑ accn̄s poſteri⁹ eſt eo
qđ ē per ſe.2.phyſicoꝝ.ca°.de caſu ⁊ fortu T.c.66.
na:forma eſt hui⁹ reſpectu cōpoſiti.ꝓba°.
fieri ē per ſe via ad eſſe.ergo illud ē per ſe
qđ fit ꝑ ſe tale ē compoſitū ⁊ forma ꝑ acci
dens.7°.hui⁹.¶ Item cōpoſitū p̄ter entitatē forme iclu/ T.c.22.
dit aliaƺ.ſ.māe.illud videt̄ ꝑfectius ens alio qđ toᵐ illud ⁊.27.
aliud icludit:⁊ aliqd vltra.Qꝛ forma nō ſit ṗor mā:⁊ ma/
gis ens illa.ꝓbo.illa eſt maxime ſuba que ſubſtat plurib⁹
⁊ talis ē ṗma ſuba in p̄dicamētis.Sed mā magis hƺ hāc
rōnē ſubſtandi ꝗ forma.ergo ē magis ſuba.¶ Iteƺ poſte
rius eēntialiter nō videtur eſſe ſine ṗori:ƺ ecōuerſo.ergo
vr̄ ꝙ mā nō poſſit eſſe ſine forma:ſed ecōuerſo.
¶ Itē actus eſt ſim² ꝑfectionis.aliogn nō attribueret̄ deo. EX
ergo cui verius ieſt ratio actus.illud videt̄ ſimplr̄ ꝑfecti⁹:
forma ē ṗmo ⁊ ṗncipalr̄ actus:ꝯpoſitū nō niſi ꝑ ꝑtē eſt in
actu:mā nō niſi ꝑtiⁿᵉ vel denoīatiue.¶ Rn̄°.igit̄ icorrup
tibilius eſt ꝑfectius aīato corruptibili.nō ſeqtur niſi ſm.
h̄.n.careᶜ.Arguit̄ per rationem cāe.¶ Cōtra hoc nō con/
cludit reſpectu māe:q2 forma nō eſt cā materie.Similr̄ ð
cauſa.vbi cōcurrit rō partis nō videt̄ ſeq ꝓpoſitū.Aliogn
idē ſeqtur de mā.In ṗma rōne de actu forte vis ē in vbis.
diſtingue actū vt in.9°.vt opponit̄ potentie:⁊ ieſt māe ⁊ cō
poſito:⁊ non per formā preciſe niſi iquantū illa eſt in actu
tali:nec tunc per eā:niſi vt per cauſam partialē:vt dicit re
latiōem ad materiam.quid ad h. TRA
¶ Ad oppoſitum vtriuſqꝫ ē Ariſt.hic.

Dicendum ꝙ forma per quā mā ⁊ ꝯpoſitū ē ſim/
pliciter in actu ē ṗor mā ⁊ compoſito.
¶ Qđ ꝓbatur:q2 forma ē actus māe tāqꝫ actuati per for
mā:cōpoſitū vo inquantū ꝯpoſitū ē actu per illā:tāqꝫ per
partē eſſentialē ⁊ actus ṗor ē potētia ꝑfectiōe.9.huius.q2
forma ē poſterior gnōne mā naturaliter:ergo eſt ṗor vtro
qꝫ.⁊ ſpe².h̄ pƺ reſpectu materie:q2 ph̄s ꝓbat hoc triplr̄.9. T.c.13.
hui⁹:q2 reſpectu cōpoſiti eſt manifeſtū:de iſta ꝯn̄a ē vt ſic ⁊ ide.
ē:aut vt nō.accn̄s.n.eſt poſterius gnōne ꝗ ſuba.¶ Rn̄°.
in eodē gn̄e ſn̄ vbi eſt vna gnātio vel generatiōes ordina
te per ſe ad vnum videtur ꝯn̄a tenere.

Ad primum argumētū dr̄ ꝙ de neceſſitate ē da/
re aliqđ eſſe forme ꝑ ſe:per qđ eſſe
eius ꝑ ſe ſit ṗor cōpoſito illud nō ē eſſe exn̄tie quo compo
ſitū ē per ſe ens:q2 illo forma ē per accidēs:ſicut pars ꝑ eē
totius.Sed ē ꝓpriū eſſe forme tam qditatiuū ꝗ exn̄tie:⁊
eſſe illud ē eē quo aliqd exiſtit:⁊ ſm illud eē p̄cedit ꝯpoſi
tum.⁊ illud eſſe ē ſimplr̄ nobili⁹ eē compoſiti.¶ Tūc for
ma eſt ens per accidēs.Verū ē de entitate que ē per ſe cō
poſiti:q2 forma exiſtit per cōpoſitū:tn̄ ē ens per ſe ſm pro
priuƺ eſſe.¶ Ad aliud dicit̄ ꝙ hoc hƺ materia a forma ꝙ
ſubſtat.¶ Tūc ad formā ꝙ verū ē aſſumptū ſi hoc habe
ret ex ſeipſo.Sƺ ſi hoc attribuit̄ ſibi ab alio nō oƺ.imo po
teſt forma magis eē ſubſtātia que facit materiā ſic ſubſta
re.⁊ ita ē.¶ Cōtra.tūc materia nō haberet ſubſiſtētiā po
tentialē de ſe reſpectu omniū formarū:ſed variat̄ ſubſta/
re ei⁹:ſicut variant̄ forme:⁊ tūc nō hr̄et entitatē ꝓpriam.
¶ Ideo alr̄ dr̄ ꝙ ſubſtare:vn̄ ē potētia receptiua nō eſt ꝑ
ſe rō ſube que ē maxime ſuba.¶ Sƺ illa rō ſube eſt per ſe

exiſtere ſepabil' ab alijs nō dependēs ab alijs. Sed illud nō ɔ' nāe niſi p formā. ¶ Et ad dcm̄ phi: q ſubſtātia pri/ma nō dr̄ talis ſolū: q2 ſubſtat alijs: ſ3 q2 ſiſtit in ſe nō depē dens: ꝛ itelligiť iſta cōparatio reſpectu ſcdarū ſubſtātiaꝝ ꝛ accn̄tiū: nō reſpectu forme q̄ ſubſiſtit ſuba pma. ¶ Ad 4m. vbi ē ordo poꝛitatis nāe que nō eſt cā'ꝰ pōt poſterius eſſe ſine poꝛi. etiā ſi ē cālitatis: dū tamē cālitatē illi' poſſit alia cā poꝛ ſupplere. pmo mō eſt in ꝓpoſito.

¶ Singulum enim nō aliud videť eſſe a ſuimet ſubſtātia: ꝛ quod quid erat eſſe dicitur ſinguli ſubſtātia. T.c.XX. Queſtio. VII.

T.c.9. Utrum qō qd eſt. ſit idē cū eo cui' ē. Q3 nō. 3. de aia. aliud magni/tudo ꝛ magnitudis eē: ꝛ caro ꝛ carnis eē.
T.c.34 ꝛ ide. ergo ꝛc. ¶ Itē. 7. hui'. ca°. de partib' diffi nitiōis. gcquid cōcipiť cū mā nō eſt idem in eo qō qd eſt cū eo cui' ē. Sed oīa nālia ɔcipiuntur cū materia: q2 hn̄t hoc in hoc.
T.c.39. ¶ Itē in eodē cap. ſicut in nālibus ē aliqd pter qditatem ſpēi: Ita in mathematicis. q2 oīs i'. g° omne habēs mate/riā nō eſt idē illi. ¶ Itē ſi ſic: qō qd ē eſſet gnābile: ſicut il
T.c.22. ꝛ ide. lud cui' eſt. Oppoſitū habeť in. 7. ca°. i°. eoꝝ aūt que fiunt. q nec ſpēs generať nec qō qd eſt. ¶ Diciť q illud cui' eſt qō quid ē nō gn̄atur. S3 gn̄atur ſingulare p ſe: cui' nō eſt qō qd ē p ſe: q2 h3 in ſe mām idiuidualē. ¶ Cōtra. genera tio eſt p ſe in ſubſtātiā: ſicut alteratio in q̄litate3: ꝛ nullus motus terminať ad ens per accn̄s per ſe. igiť genera° erit p ſe ad aliqd de gn̄e ſube. tn̄ ergo aliqd p ſe generať: cui' ē per ſe qditas. ¶ Aliter dr̄: q qō qd erat forme nō gn̄ať: nec qō quid erat ſpēi. ſ3 qō qd erat eē ſingularis gn̄atur p ſe ſicut ſingulare. ¶ Contra. aut qditas hoīs ab're eſt tota qditas hui' hoīs: aut in qditate h' eſt aliqd aliud q̄ in qdi tate hoīs. ſi pmū. tunc qditas hoīs per ſe gn̄ať nō niſi inq̄ tum ɔſiderať ab itellectu. ꝛ ſic nō loqtur. ſi ſcōm deť. tūc
T.c.53. per illud additū poſſet diffiniri cōtra pħm in. 7. ɔ platonē qui ꝓbat per tres rōnes q ſingulariter nō diffinit. ¶ Itē ad pncipale. ſi ſic qditas hoīs albi idē erit cū hoīe albo. ꝛ ſi hoc. g° idē cū hoīe. ꝓbatio ɔn̄e. cu3 dr̄. hō albus eſt hō al bus: alb' nō ſubſtat niſi rōne hominis.

¶ Oppoſitum vult philoſophus.

T.c.11. Dicitur ad qōnem q qō qd ē. eſt illud qō colligi/tur ex predicatis in qd: ſicut dr̄. 7. ca°. 2°. de magnis. in qua igiť rōne nō ieſt pdicatu3. h rō qō qd erat eē in ſingulis. ex hoc dr̄ q cum iſta pdicata in qd ſint formal'r talia p rōnem: ſequiť q qō qd eſt ſit ſuba ƀ3 rōne dicta ƀm ſe. ſcilic3 illa que habēt intem completū p aliquā dr̄iam ꝓprij gn̄is: ꝛ talia ſimpl'r loquēdo nō ſunt niſi ſub/ſtātie: q2 accidētia lic3 habeāt dr̄iam ꝓprij generis. adhuc depēdēt ad ſubm. Tūc qō qd eſt nō ē niſi eoꝝ que habēt pdicata in qd. ꝛ talia ſunt ſpēs ſube. ꝛ ibi idē qō quid ē cū eo cui' ē. ¶ Dicta ƀm accidēs nō ſunt idē cū qō qd eſt eo/rum. q2 ſi ſic. tūc qō quid ē hominis albi eēt idē cū hoīe: ſi cut arguit pħs: q2 hō albus non ſubijciť niſi rōne alterius ptis q̄ eſt ſuba. ꝛ ex hoc: q2 ſingularia nō habēt pdicata in qd niſi pdicata ſpēi: n̄ hn̄t qd niſi qd ſpēi: ꝛ nullū ꝓpriū co/rum. q2 vō icludūt aliqd ītra ſe in quo diſtinguūtur pter mām ſpecificā: ꝛ iō cu3 qō quid ē ſpēi nō ſunt idē: nec hn̄t aliud qō quid ē ƀm hoc p3 ad argumēta.

T.c.20. Contra illa. ſ. pmū nihil ē formal'r ens niſi ſuū qō qd ē ſibi iſit. p°. pħs i iſto ca°. cui nō ieſt eē bonū nō eſt bonū. Si g° qō quid ē eſſet ex pdicatis in quid. nihil eēt formal'r bonū: nec ens niſi per cōſiderationē itellect'.
T.c.20. q2 facit pdi'a in quid: qō eſt icōueniēs. ¶ Itē hic dr̄ ſingu/lum nō videť aliud a ſuimet ſuba ꝛc. Si ergo qō quid eſt eēt ſuba: ƀm q ipſi dicūt. ſinglm̄ eēt ens rationis. ꝛ ita nul

lum ens reale. ¶ Itē veritas in itellectu cōponēte cātur ex hoc q aliq̄ ſunt cōpoſita in re: ꝛ nāliter poꝛ eſt idētitas q̄ illa veritas. Si ergo hec ē v̄a. homo ē hō. ergo identitas poꝛ eſt nāliter in re: ſ3 idē ſignāť hō. ꝛ qō quid ē. ergo ſi ho mo ē idē ſibi pius q̄ cōſidereť ab itellectu. hō erit idē qui/ditati ſue pter oēm itellectum. vn̄ qō quid ē. eſt idē q res nec depēdet a pdicatis in quid: nec ab itellectu. ¶ Ad au ctoꝛitates pħi dr̄ q pħs loqtur in. 7. logice. ꝛ hoc diť ipſe/met. Unde cū accipiūt l'ram p̄o eis: q hec rō qō qd eſt in ſingulis. ibi accipiť q qd erat eē genitiue nō nominatiue. T.c.zi.
¶ 2m etiā nō val3: q2 alia trāſlatio h3 ex ſermonibus. ꝛ di cit quaſi epilogādo q alij ſunt modi ſube: q̄ illi duo ſupi' nominati. ¶ Tūc dico q qō quid eſt ide3 ē: q res ſine oī itellectu. ¶ Dico ergo q in omni genere eſt diffinitio ƀm pħm ſicut vnitas ꝛ entitas. ſimil'r de qō quid ē hoīs albi. nō valet: q2 ſi ɔn̄a valeret. ſeq'r icōueniēs. ſ. q tāta eēt idē/titas hoīs in ɔn̄te cū hoīe albo: quāta eſt in aн̄te hoīs albi cū homine albo: ſ3 nō pōt. maioꝛ enī eſt idētitas hoīs albi ad hoīem albū q̄ hoīs albi ad hominē: q2 h. hō alb' nō ē hō albus. pōt eē ɔcl'o in ſilogiſmo ex oppoſitis. S3 h con cluſio eſt impoſſ'is. g° oppom neceſſariū. S3 hec ē cōtingens T.c.zi.
hō ē hō alb'. Sim' qō quid eſt hoīs albi ƀm pħ3 eſt alicui. idē alicui nō: q2 idē eſt paſſiuū nō parti ꝛ ſube. Tūc philo/ſophus nō facit illā ɔn̄am quaꝫ aſſumūt niſi opponēdo: ꝛ rn̄det: aut nō: q2 extrema fiūt: idē ſicut mediū ē cū extre/mo. Quere expoſitōem text' in gloſa iuxta textū: ꝛ quō in argumēto qō dicūt eſſe pħi fit accn̄s: ꝛ Ar. ibi aſſignat ac/cidēs: ſed nō neceſſe ē extrema ɔiungi: vex eſt cū quid: ſi/cut nec p ſe nec cū cōtingēti: lic3 reſpectu curſus nō eēt ac cidēs. quere ibi. ¶ Qō q̄rto dr̄ de idiuiduis videtur eē fal ſum. Prima enī ſuba ē maxime ens in pdicatis. ergo ſi qō quid ē nō eſt niſi idē q res maxīe ſubſtātia ꝛ ens maxime hn̄t qō quid. i. ſunt id qō ſunt. ¶ Itē illud additū ſpecici: gcquid ſit aut facit vnū per ſe cum nā ſpeciei aut non. Si nō: ꝛ tūc cū ſit illud de eſſe pme ſubſtātie illud erit ens p accidēs: ꝛ nō generať nec coꝛrumpiť. Si ſic. totū illud eſt vna ſuba per ſe. ꝛ tūc illud totū erit v̄e ſibi idē: ꝛ tamē iclu dit aliud a nā ſpēi. ꝛ pōt haberi ꝓpriū qō quid.

Aliter diciť q qd eſt ens reale nec vniuerſale nec pti culare eſt ƀm Auicē. Sil'r dicta ƀm ſe ſunt oēs 5. meta. ſpecies oīum generū. ꝛ oīa idiuidua q̄ p ſe ſunt in gn̄e q̄ nō ca°. p. icludūt res diuerſoꝝ generū: ſicut res ƀm ſe ſumiť in pri/mo ca. de ente. Sed dicta ƀm accn̄s nō ſunt idē cu3 quod T.c.14
quid eſt ſuo: q2 nō habēt qō quid. Sed omnia dicta ƀm ſe habēt qō quid idē qō ipa ſunt: ꝛ illō ē idē ſibi ſimpliciter. qō p3 rōne pħi. ſingulū nō videtur aliud: q̄ ſuimet ſubſtā tia: qō quid ē ergo ē ſubſtātia cuiuſcūq extēdēdo ſubam ad omne genus entiū. Alioquin nihil dcm̄ ƀm ſe erit ens formal'r de ſe: nec ſcibile: q2 perfecte ſcire vnūquodq eſt ſcire ipm̄. ꝛ hoc eſt ſcire ipm̄: qō quid eſt. Sil'r accipio re3 ꝛ qditatē. ſ. a. ꝛ b. b. eſt ens ꝛ nō a. ergo aliud. ergo h3 quid ē: ꝛ qō quid ē ipſius: aut eſt idem ſibi aut aliud. ſi idē. ſtan dum in pmo. ſi aliud ſit c. ꝛ quero in ifinitū. ¶ Itē b. ē qō quid ē a. ꝛ nō eſt oīno aliud ab a. igiť icludit plus q̄ a. vel minus vel idē preciſe. Si minus. ergo nō ē ꝓprium qō qd eſt: q2 diffinitio ē termin' rei. 5. ſed terminus ē ītra quē in/ T.c.22.
cludiť tota res. ꝛ nihil ē extra. Si plus: tūc ɔ' abſoluere il/lud additū a. b. ꝛ tūc qō remanet eſt quod quid ē a. q2 ter/minus totū icludēs. ſi ide3 tm̄ dicit. tūc habetur ꝓpoſitū. Simil'r ɔ' arguere de eo qō hab3 qō quid eſt. dico tunc q eſt idē. modus ē iſte ſicut iſte idē cōcipitur confuſe ꝛ diſti/cte. ꝛ pmo modo ſig' per nomē. ſcdo modo per diffinitōe3 ſic pmo modo dicitur illud cui' ē qō quid eſt. ſcdo modo qd. vnde quid ꝛ id cui' nihil dr̄nt: niſi in diuerſo modo cō cipiendi idem. ſed in dictis per accidens non: q2 nō habēt quod quid: quia ſunt duo entia.

Ad primum argumentũ ꝙ carni eſſe accipit̃ pro
gditate:⁊ caro ꝑ carne habẽte mãz
ĩdiuidualẽ.Sed tũc vt dcm̃ eſt nõ ẽ diffõ carnis i⁹. ſed ſic
diffõ eſt illius carnis.ſic ẽ idẽ ſibi.¶ Ad aliud: ꝙ diffõ ꝑz
logicũ nõ eſt niſi ſpẽi.⁊ ſic loqtur phs ibi.Tamẽ ab⁹ loqn
do ⁊ realiter eſt ipſi⁹ ĩdiuidui.¶ Tamẽ ad formã dico ꝙ
qd̕ qd ẽ ſpẽi:nõ eſt idẽ cũ ſinglari:q̃ addit aliqd vltra ſpe/
ciem.ſ.mãm ĩdiuidualẽ.vñ cũ ſuo ꝓprio qd̕ qd eſt ſingu/
lare ẽ idẽ.¶ Ad aliđ ꝙ ſermo eſt hic de qd̕ qd ẽ ſpẽi. ⁊ cũ
illo nõ ſunt idẽ.¶ Ad aliud dico:ꝙ qñ ſortes generat̃ qd̕
T.c.53. qd eius generat̃ ꝑ ſe.vñ ꝯ platonẽ dicit phs nõ generatur
domui eẽ:ſed hui⁹:tñ qd̕ qd hoĩs:vt hõ eſt ſpẽs:nõ genera
tur:ſicut nec ſpẽs.¶ Ad illud contra hoc:ꝙ ſiue quod qd
domus ſit idem cum quod quid huius domus ſiue nõ:ꝑ/
ut quod quid conſideratur a ratione:non generat̃.¶ Ad
aliud ꝙ non eſt cõſequẽtia phi:ſ3 eſt fallacia.

¶ Eoꝝ aũt que fiũt hec quidẽ natura fiũt:hec
aũt arte.illa aũt caſu. Omnia vero que fiũt ab
aliquo fiũt:⁊ ex quo aliquo. ⁊ aliqd.Hoc autẽ
aliquid dico ꝑm quãlibet cathegoriã:aut enim
hoc:aut quale:aut quãtum: aut quãdo. Tex.
cõmen.XXII. Queſtio. VIII.

Utrum mã per ſe generet̃.Or ſic.mo
bile per ſe mouet̃ in oĩ motu.
ergo in oĩ mutatõe ꝑ ſe ſubm generat̃ per
T.c.8. ſe ſubm gñationis eſt mã:vt ꝓbat phs.5°
T.c.4. phycoꝝ.⁊ in.8°.hui⁹.ergo ⁊c̃.¶ Item.5°
⁊.8. phyſicoꝝ.diſtinguit̃ mutatio in illã que ẽ
T.c.7. a nõ ſubiecto in ſubm.⁊ illa ẽ generatio. ⁊
videtur eẽ diffõ gñãtõis.S3 mã per ſe mutat̃ a non ſubo
T.c 82. in ſub3.ergo gñatur. hoc dicit phs p̊ phycoꝝ. ¶ Item.5°
⁊ ſupra. phyſicoꝝ.gñatio nõ eſt mot⁹. ꝓbatur.qd̕ gñatur nõ ẽ.qd̕
T.c.8. mouet̃ eſt.igit̃ gñatio nõ eſt mot⁹.Quero ꝑ quo accipitur
qd̕ gñatur in maiori ꝓpõne.Si ꝑ termino gñatiõis nihil
val3.ꝓbatio:q̃ qd̕ mouetur vt terminus mot⁹ nõ eſt.⁊ qd̕
mouet̃ vt ſubm mot⁹ eſt.ergo mot⁹ nõ ẽ motus.g̊ o3 vtro
biq̃ accipere ꝑ ſubiecto.¶ Itẽ ens ꝑfectius vr̃ poſſe pro/
ducere min⁹ perfectũ magis q̃ eque ꝑfectũ.Compoſitu3
aũt nãle ꝓducit eque ꝑfectũ ſibi ꝑm formã q̃ eſt ꝑfectior
mã. ergo mã3 q̃ ẽ min⁹ ꝑfecta põt ꝑ formã ſuã producere
¶ Itẽ qñ ex raro fit dẽſum videt̃ materie aliqua ps cor/
rũpi ⁊ ecõuerſo generari.ꝓ°.nam in dẽſo ſignẽtur tres ꝑ/
tes quãtitatis:ſub illis ſunt tres ꝑtes materie ſibi adeq̃te
in rõne ſubiecti. ſi n° ſit alia in raro eadem pars materie
ẽ ſub duab⁹ ꝑtibus q̃titatis.Aut ſi ſic.tũc ſub 4ª ꝑte q̃ti/
tatis facte de nouo ẽ aliq̃ ps mãe ſibi equata: ⁊ nulla triũ
ꝑcedẽtiũ iſta q̃rta pars mãe fuit ꝑ̇us ſimul cũ aliq̃ alia ꝑ/
te mãe:qd̕ videtur ĩcõueniẽs:q̃ que illaꝝ fuit q̃ta illa q̃/
titate:nõ vtraq̃:nõ neutra:nõ vna magis q̃ altera.p3 qd̕/
lib3 eẽ ĩcõueniẽs.¶ Ite3 act⁹ eſt in ꝓprio receptiuo.ergo
ſicut ẽ gradus in formis mãlibus.ita videt̃ ꝙ op3 gradus
ponere in materijs ꝓprijs ad h̕ vt ſint ꝓprie illis formis.
¶ Ad ꝑ̇mũ iſtorũ qñ actio vniuoca exhaurit totã v̓tute3
ꝑ̇ncipij actiui nõ videt̃ remanere potẽtia ad equoce agẽ/
dum:agẽs agit per formã.iõ ꝓducit ſimile ꝑ3 illã.⁊ ibi ex/
hauritur v̓tus eius actiua.iõ ⁊c̃.¶ Cõtra.ſuba gñat ſuba3
⁊ tñ cauſat accñs.¶ Rñ.poſteri⁹ cãt exhauſta:q̃ſi virtu
te tota circa ꝑ̇us nõ ecõuerſo. ¶ Alij dicũt ꝙ mã nõ ẽ ꝓ/
ducibilis a natura ꝓpter ordinẽ agentiũ: quoꝝ poſterius
ſemp ꝑ̃ſuponit in actiõe terminum actiõis ꝑ̇oris.¶ Con/
tra.petitio videt̃ ꝙ mã ſit terminus actiõis diuĩe ſolius:
ſicut ſubm artis eſt termin⁹ ꝓductionis nãlis.hoc.n.que/
ritur.¶ Itẽ nõ ꝑ̃ſupponit quãtum:⁊ tñ ꝓducit q̃titatem
aliã a ꝑ̃ſuppoſita.quare nõ ſic de mã.¶ Rñ.ꝑ̇mũ potẽ/
tiale in nulli⁹ ẽ potẽtia poſteri⁹ nã.qd̕cũq̃ ẽ nõ ꝑ̃ſupponit
potẽtiale.iõ nõ eſt ad ꝑ̇mã potẽtiã:⁊ h̕ ẽ ratio bona ꝑ ꝑ̇nci
pali.¶ Ad 2m.quot ꝑtes ſunt eiuſdẽ ꝓportiõis in maiori:
quãto tot in minori.Si ergo in raro ſunt quatuor ꝑtes pe
dales quãtitatis.Dico ꝙ ſub iſtis ſunt q̃tuor ꝑtes mãe: et
in dẽſo vbi nõ erãt niſi tres ꝑtes pedales ibi erãt tres par
tes mãe ſub trib⁹ illis ꝑtibus quãtitatis:⁊ etiã q̃rta nõ ſi/
mul cũ vna triũ:ſed q̃tuor ille erãt ſub q̃tuor partib⁹ q̃ti/
tatis minorib⁹ 4°r pedalib⁹.Cũ dicis ille ſibi erãt equate.
Si ĩtelligis ꝑ̃ciſe.ita ꝙ q̃cũq̃ iſtarũ ſine additiõe ſube nõ
erat capax maioris q̃titatis:falſum ẽ.Eſt enĩ ſicut tota in
potẽtia ad ꝯ̃riũ.ſ.rarũ ⁊ dẽſum maiorẽ ⁊ minorẽ q̃titatẽ.
ita ⁊ quecũq̃ ps mãe.¶ Cõtra.igit̃ quecũq̃ mã compoſi
ta eſt in potẽtia ad totã q̃titatẽ vniuerſi.¶ Rñ. ꝙ ſub/
ĩtratio partiũ materie:vt ꝑ hoc fiat ꝯdẽſatio ⁊ rarefactio
per extra põnem illaꝝ per q̃titatẽ aduenĩẽtẽ.Improbat̃
alibi.Et ad illđ de vniuerſo.ignis ẽ in põ ad calidũ ⁊ min⁹
cal3:nec tñ ad calorẽ ĩfinitũ:nec ẽt ad calorẽ mi^m pol̕e3 in
q̊cũq̃ mixto.¶ Ad.3.quere.¶ Circa ꝑ̇mũ arm dr̃:ꝙ nõ ſe
quitur maam vniuoce ꝓduci:q̃ eſt ĩfimũ ens: q̃ nec ſupre
mũ corp⁹:nec angl̕s vniuoce ꝓducũtur:tñ ignis generat
ignẽ.¶ Itẽ nec op3 attribuere deo ꝓpter ꝑfectione3 effe
ctus q eſt impꝑfectiſſim⁹ in eẽ ſube magis videt̃ ꝓportiõa/
ri cãe impꝑfecte.¶ Itẽ ſi dicas de termĩo ĩcluſo in termi/
no vniuoce.verũ eſt ꝙ in illũ põt agens vt calidiſſimũ in
minus calidũ.S3 nec ſic ĩcluditur materia in forma:q̃ ẽ
alterius rõnis.¶ Circa 2m arm ſic arguit̃.vna pars quãti/
tatis que nõ fuit in dẽſo ẽ in raro.ergo correſpõdet ſibi ps
materie prius que nõ fuit quanta:quia tãta materia ſem/
per ſub tanta quantitate. T.c.22.
¶ Contra philoſophus hic ⁊ ꝑ̇mo phyſicorum. ⁊ idẽ.

